



B. 25.



12  
QUOD PAUSTVM AC FELIX SIT,  
SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,  
DOMINO

# FRIDERICO WILHELMO,

REGNI BORVSSIAE HEREDI,  
MARCHIONI BRANENBVRGICO, ITI-  
DEMOQVE, QVI EIVS GENTIS EST, ELECTORATVS, ET SV-  
PREMI ARAVSIENSIS PRINCIPATVS HEREDI, DVCI MAGDE-  
BVRGI, CLIVIAE, IVLIACI, MONTIVM, STETINI, POMERANIAE,  
CASSVBIORVM, VINIDORVM, ET IN SILESIA CROSNAE, BVRG-  
GRAVIO NORIMBERGENSI, PRINCIPI HALBERSTADII, MINDAE,  
CAMINI, COMITI HOHENZOLLERAE, MARCAE, RAVENSBER-  
GAE, LINGAE, MEVRSAE, BVRAE ET LEERDAMI, MAR-  
CHIONI VEERAE ET VLISSINGAE, DYNASTAE IN  
RAVENSTEIN, LAVENBVRG, BVTOW, ARLAY  
ET BREDA, CETERA,

PRINCIPI IVVENTVTIS,

ACADEMIAE FRIDERICIANAE  
RECTORI MAGNIFICENTISSIMO,  
ET CLEMENTISSIMO DOMINO,  
PVBLICO EIVSDEM ACADEMIAE NOMINE

NATALEM XV

FELICI SIDERE XV AVGVSTI CIOCCCII

ORITVRVM

NOBILISSIMVS IUVENIS

IOHANNES CASPAR KÖNIGK,

ZEHDENICENSIS MARCHIVS,  
SVBIECTISSIMA DEMISSISSIMAQVE GRATVLATIONE  
CELEBRABIT.

AD QVAM SOLEMNISSIMAM PANEGTRIN

VTRIVSQVE REIPVBLICAE PROCERES,

VIROS, IUVENES, EMINENTES, ILLVSTRES,

AMPLISSIMOS, DOCTISSIMOS

INVITAT

ACADEMIAE PRORECTOR

PAVLVS ANTONIVS,

S. THEOL. D. ET PROFESS. PVBL. ET CONSISTORII  
IN DVCATV MAGDEB. CONSILIARIVS.

Typis CHRISTOPH. ANDREAE ZEITLERI, ACAD. TYPOGR.



Igilat cæleste Numen, & perseverat nobis benefacere : & bona bonis auget, immo cumulat, vt per annos singulos, per menses ac dies omnes, ornatiores simus & idemtidem feliciores. Vixvnius mensis spatium est, ex quo æternæ bonitati vota nostra pro salute serenissimi ac potentissimi REGIS BORUSSIAE ac PATRIAE PATRIS, DOMINI nostri indulgentissimi, iustissimis de causis soluimus, quum abundantius, quam precati fuimus, nostris precibus satisfactum esse, SERVATA REGIS SALVTE ac FELICITATE, eaque victoriis & insperatis hereditatibus auctiore, intelligebamus. Iam eadem Dei benignitas nobis adfulget, & lux noua cælo perendie orietur, quæ ingentis beneficii, quod accepimus, nos admonet, & ad officium eo nomine faciendum quam maxime cohortatur. NATALIS is decimus quintus est serenissimi IVENTVTIS PRINCIPIS & RECTORIS nostri MAGNIFICENTISSIMI, & clementissimi DOMINI, quem cælestis prouidentia per annos quatuordecim sine offensione incolumem serua- vit, & mirificis ingenii ac fortunæ bonis auxit, ac ita EIVS educationi Regiæ diuino nutu adfuit, vt non tantum sperare omnes bene, sed confidere quoque possimus, futurum propediem, vt PERFECTISSI-  
MVM

Typis CHRISTOPH ANDREAE TESTLINGI ACAD. TYPOGR.

MVM PRINCIPEM, & MAIORIBVS suis gloriosis; in primis felicissimo PARENTI, nostro DOMINO, quam simillimum habeamus. In HVNC spes patriæ incumbit, quæ posteritati etiam ex ingenio ELIVS, ad omnem virtutem ac sapientiam exculto, felicitatem eandem, qua fruimur, pollicetur, & quod ex certis indiciis intelligimus, etiam quod promissum est, præstabit. Nos quibus curæ litterarum studia sunt, illorum quoque causa singulares lætandi gratulandique rationes habemus, quia HVIVS indole ac consuetudine futurum providemus, vt, quas contemtas & prostratas litteras sapientissimus PATER pro Regia sua munificentia erexit, easdem FILIVS, in Musarum consortio, quas per tot annos rexit, educatus, in altius & melius adducat, & ad seram posteritatem earum cultum & æstimationem proferat. Magnæ itaque & iustæ rationes sunt, quæ ad hunc NATALEM DIEM religiose ac deuote celebrandum nos instigent atque vrgeant, quia saluo IVENTVTIS PRINCIPLE salus continuatur patriæ, ac spes publica corroboratur, litterarumque flos & vberior prouentus non tantum non minuitur, sed augetur etiam & in dies fructus lætiores pulchrioresque adfert ad rem publicam. Quod sane insigne Dei munus ac beneficium est, quo ita ad grati animi officium faciendum obligamur, vt obstrictos deuinctosque se intelligunt, qui maximo & incomparabili beneficio diuinitus adfecti & ornati sunt. Quid multa? Habemus quod sperauimus: habemus quoque, & maiora habemus, quæ in posterum sperentur. PRINCEPS novis stimulis concitator factus non iam celeriter, sed effuso cursu ad virtutem fertur, ad gloriam immortalem rapitur. PATRIS DIADEMA quantum incitamentum est? sed de hoc superiore anno diximus. No-

va acceſſerunt, quæ non minus ILLVM exſtimulent  
atque infligent. ARAVSIENSIS hereditas quot He-  
roas memoriæ & animo repræſentat, quorum virtuti-  
bus perinde ille, ac Themiftocles Miltiadis tropæis,  
excitetur? ARAVSIO vetus vrbs Cauarum, poſt co-  
lonia Secundanorum, vt Plinius vocat, id eſt Secun-  
dæ legionis, &, vt Neronis nummus præfert, cohorti-  
tis ex ea XXXIII. Multa eius mentio in antiquis mo-  
numentis, & Deæ Vocontiorum repertus lapis X V.  
VIR ARAVSENS. memorat: ex quo nomine exci-  
diſſe litteram, alia, quæ Veſontione legitur, inſcri-  
ptio probare videtur, GEMINIA TITVLLA ARAV-  
SIENSIS MATER SACRORVM: vt Eccleſiæ pri-  
ſcæ concilia, ibidem congregata, taccamus. Romana  
ergo virtus eſt, quæ nouo titulo IVENTVTIS PRIN-  
CIPEM inſtigat: Heroum Arauſienſium, ex Gente  
Naſſouia ortorum, gloria eſt, quæ calcar ſponte cur-  
renti addit: Eccleſiæ pietas eſt, quæ ſacra & colenda &  
defendenda commendat. Tanti PRINCIPIS, tot MA-  
IORVM præclaris imaginibus, tot titulis & cogno-  
mentis nouis excitati, ideoque SPEI PVBLICAE, NA-  
TALEM vt rite ac deuote celebremus, omnino no-  
ſtrum officium eſt & demiffiſſimum obſequiũ. In quo  
faulſtis verbis & conceptis votis præbuit nobis nobiliſ-  
ſimus politiſſimusque iuuenis IO. CASPAR KÖ-  
NICK, Zehdenicenſis Marchicus; qui ſingulos pu-  
blice admonebit, quod vouendo, comprecando facien-  
dum eſt omnibus. Agite ergo, a deſte REGIAE DO-  
MVS Cultores, Proceres vtriuſque Reipublicæ, & Ci-  
ues eruditi; votis, precibus pro PRINCIPIS ſalute in-  
ter vos certate: quo facietis nobiſcum, quod debemus;  
& quod DEO, REGI, & IVENTVTIS PRINCIPIS  
eſt gratisſimum. P.P. Hala idibus Aug. CIÖCCII

*Jo 1633.*

*4<sup>o</sup>*



*20*

*a. c.*







18  
QUOD FAVSTVM AC FELIX SIT,  
SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,  
DOMINO

# FRIDERICO WILHELMO,

REGNI BORVSSIAE HEREDI,  
MARCHIONI BRANENBVRGICO, ITI-  
DEMOVE, QVI EIVS GENTIS EST, ELECTORATVS, ET SV-  
PREMI ARAVSIENSIS PRINCIPATVS HEREDI, DVCI MAGDE-  
BVRGI, CLIVIAE, IVLIACI, MONTIVM, STETINI, POMERANIAE,  
CASSVBIORVM, VINIDORVM, ET IN SILESIA CROSNAE, BVRG-  
GRAVIO NORIMBERGENSI, PRINCIPI HALBERSTADII, MINDAE,  
CAMINI, COMITI HOHENZOLLERAE, MARCAE, RAVENSBER-  
GAE, LINGAE, MEVRSAE, BVRAE ET LEERDAMI, MAR-  
CHIONI VEERAE ET VLISSINGAE, DYNASTAE IN  
RAVENSTEIN, LAVENBVRG, BVTOW, ARLAY  
ET BRED A, CETERA,

PRINCIPI IVVENTVTIS,

ACADEMIAE FRIDERICIANAE

RECTORI MAGNIFICENTISSIMO,

ET CLEMENTISSIMO DOMINO,

PVBlico EIVSDEM ACADEMIAE NOMINE

**NATALEM XV**

FELICI SIDERE XV AVGVSTI MDCCCII

ORITVRVM

NOBILISSIMVS IVVENIS

**IOHANNES CASPAR KÖNIGK,**

ZEHDENICENSIS MARCHIVS,

SVBIECTISSIMA DEMISSISSIMAE GRATVLATIONE  
CELEBRABIT.

AD QVAM SOLEMNISSIMAM PANEGTRIN

VTRIVSQVE REIPVBlicAE PROCERES,

VIROS, IVVENES, EMINENTES, ILLVSTRES,

AMPLISSIMOS, DOCTISSIMOS


INVITAT

ACADEMIAE PRORECTOR

**PAVLVS ANTONIVS,**

S. THEOL. D. ET PROFESS. PVBL. ET CONSISTORII  
IN DVCATV MAGDEB. CONSILIARIVS,

Typis CHRISTOPH. ANDREAE ZEITLERI, ACAD. TYPOGR.



Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

